

electionis nostræ fieri contingunt, procedatur sincere, &
 ex Spiritus S. illuminatione, & non ad importunas
 preces & minas sæcularium, qui etiam in electioni-
 bus se impedire & intromittere conantur, electores
 cogendo consentire voluntati eorum, quibus quidem
 obviare, in quantum possumus, imo hanc pessimam
 corruptelam, ut pote contra Deum & sancta institu-
 ta, extirpare volentes, tenore præsentium vobis præ-
 fatis DD. Plebanis, Presbyteris, Diaconis & Subdia-
 conis Titulatis, & cuilibet vestrum committimus,
 & in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommu-
 nicationis pena latæ sententia, unica pro trina ca-
 nonica monitione præmissa, nec non privationis
 Tituli sui cuius vigore suffragium dederint, quam
 ex nunc prout ex tunc in eventum contrafactionis
 mandato nostro hujusmodi inobedientes, sive inobe-
 dientem incurrere volumus; præcipimus & manda-
 mus, quod si quilibet vestrum astriclus vel coactus
 fuerit importunis precibus aut minis ab aliqua per-
 sona laica cuiuscumque conditionis exsistat, tempore
 quo aliqua immineat in Ecclesiis vestris facienda e-
 lettio ad aliquem titulum, ad favendum, & votum
 suum dandum magis uni quam alii, debeat antequam
 ad electionem ipsam procedatur, nobis significare dictas
 personas, pronomina & cognomina sua, ac modum
 precum & minarum, & pro quo, & ad cuius in-
 stantiam prædicta fecerint, ut possimus cognoscere
 qualitatem & efficaciam precum & minarum præ-
 dictarum, & providere quod illi pro quibus fuerint
 factæ, non ballottentur vel eligantur, sive alias
 prout nobis visum fuerit opportunum. Alter si pro-
 cedetur per vos contra formam dicti mandati nostri
 ad electionem aliquam sic factam vel per nos con-
 fir-